



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 De iis, quæ pertine[n]t ad domesticam conuersatione[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ciuitatem inhabitat, etiam uiles personę, & pueri, & senes, qui non sunt idonei ad hoc, q̄ habeant potestatem in his quę pertinent ad commune. Ideo ergo spiriti propter utilitatem originis excludebantur ab Ecclesia, id est, a collegio populi usque ad decimam generationem, & similiter eunuchi, quibus non poterat competere honor, qui patribus debebatur, & precipue in populo Iudęorum, in quo Dei cultus conseruabatur per carnis generationem. Nam etiam apud Gentiles qui multos filios genuerāt, aliquo insigni honore donabatur, sicut \*Philosophus dicit in 2. Polit. tamen quantum ad ea quę ad gratiā Dei pertinebant, eunuchi ab aliis non separabantur, sicut nec aduenę, ut \* dicitur est. Dicitur enim Itā. 56. Non dicat filius aduenę qui adhęret Domino, dicens: Separatione diuidet me Dominus a populo suo. Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridū.

AD TERTIVM dicendum, quod accipere usuras ab alienis non erat secundum intentionem legis, sed ex quadam permissione propter pronitatem Iudęorum ad auaritiam, & ut magis pacifice se haberent ad extraneos, a quibus lucrabantur.

AD QVARTVM dicendum, quod circa ciuitates hostium quędam distinctio adhibebatur. Quędam enim erant remotę non de numero illarum urbium, qui eis erant repromissa, & in talibus urbibus expugnatis occidebantur masculi, qui pugnauerant contra populum Dei, mulieribus autem & infantibus parcebatur. Sed in ciuitatib. uicinis, quę erant eis repromissa, omnes mandabantur interfici propter iniquitates eorum priores, ad quas puniendas Dominus populum Israel quasi diuine iustitię executorē mittebat. Dicitur enim Deut. 9. Quia ille egerunt impie, introeunte te deleta sunt. Ligna autem fructifera mandabantur referuari propter utilitatem ipsius populi cuius ditioni ciuitas, & eius territorium erat subiiciendum.

AD QVINTVM dicendum, quod nouus edificator domus, aut plantator uinę, uel desponsator uxoris excludebantur a prelio propter duo. Primo quidem, quia ea quę homo de nouo habet, uel statim paratus est ad habendum, magis solet amare, & per consequens eorum amissionem timere. unde probabile erat, quod ex tali amore magis mortem timerent, & sic minus fortes essent ad pugnandum. Secundo, quia sicut \*Philos. dicit in 3. Phys. Infortunium uidetur, quando aliquis appropinquat ad aliquod bonum habendum, si postea impediatur ab illo, & ideo ne propinqui remanentes magis cōtristarentur de morte talium, qui bonis sibi paratis potiti non fuerunt, & etiam populus considerans hoc horreret, huiusmodi homines a mortis periculo sunt sequestrati per subtractionem a prelio.

AD SEXTVM dicendum, quod timidi remittebantur ad domum, non ut ipsi ex hoc commodū consequerentur, sed ne populus ex eorum presentia incommodum consequeretur, dū per eorū timorē & fugā etiam ad timendum & fugiendum prouocarentur.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter lex uetus pręcepta ediderit circa domesticas personas.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vt, quod inconuenienter lex uetus pręcepta ediderit circa personas domesticas. Seruus. n. id quod est, dñi est, ut \*Philos. dicit in 1. Politic. sed id quod est alicuius, perpetuo eius esse debet. ergo inconuenienter lex manda-

A uit Exo. 21. q̄ serui septimo anno liberi abscederent. ¶ 2. Prę. Sicut animal aliquod, ut asinus, aut bos, est possessio dñi, ita et seruus, sed de animalibus præcipitur Deut. 22. q̄ restituantur dominis suis, si errare inueniantur. inconuenienter ergo mandat Deut. 23. Non tradas seruū dño suo, qui ad te confugerit.

¶ 3. Prę. Lex diuina debet magis ad misericordiam prouocare, quam etiam lex humana, sed secundum leges humanas grauitur puniuntur qui nimis asperę affligunt seruos, aut ancillas: asperissima autem uidef esse afflictio, ex qua sequitur mors. inconuenienter igitur statuitur Exod. 21. quod qui percusserit seruū suū, uel ancillam uirga, si uno die superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est.

¶ 4. Prę. Aliud est principatus domini ad seruū, & patris ad filium, ut dicitur in primo & tertio \*Polit. sed hoc ad principatum domini ad seruū pertinet, ut aliquis seruū, uel ancillam uendere possit. inconuenienter igitur lex permisit, quod aliquis venderet filiam suam in famulam, uel ancillam.

¶ 5. Prę. Pater habet sui filij potestatem, sed eius est punire excessus, qui habet potestatem super peccantem. inconuenienter igitur mandatur Deuteronomii vigesimo primo, quod pater ducat filium suum ad seniores ciuitatis puniendum.

¶ 6. Prę. Domini prohibuit Deute. 7. ut cum alienigenis non sociarent coniugia, & coniuncta etiam separarent, ut patet 1. Esd. 10. inconuenienter igitur Deuteronom. 21. conceditur eis, ut captiuas alienigenarum ducere possint uxores.

¶ 7. Prę. Dominus in uxoris ducendis quosdā consanguinitatis, & affinitatis gradus præcepit esse uitando, sicut patet Leu. 18. inconuenienter igitur mandatur Deut. 25. quod si aliquis esset mortuus absque liberis, uxorem ipsius frater eius acciperet.

¶ 8. Prę. Inter uirum & uxorem sicut est maxima familiaritas, ita debet esse fides firmissima, sed hoc non potest esse, si matrimonium dissolubile fuerit. inconuenienter igitur Dominus permisit Deuter. 24. quod aliquis posset uxorem dimittere scripto libello repudij, & quod etiam ulterius eam recuperare non posset.

D ¶ 9. Prę. Sicut uxor potest frangere fidem marito, ita etiam seruus domino, & filius patri, sed ad inuestigandam iniuriam ad pugnandum, uel filij in patrem non est institutum in lege aliquod sacrificium. superflue igitur uidetur institui sacrificium zelotypiæ ad inuestigandum uxoris adulterium. Numc. 5. sic igitur inconuenienter uidetur esse tradita in lege præcepta iudicialia circa personas domesticas.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 18. Iudicia domini uera, iustificata in semetipsa.

RESPON. Dicendum, quod communio domesticarum personarum ad inuicem, ut \*Philos. dicit in 1. Pol. est secundum quotidianos actus, qui ordinantur ad necessitatē uitę. Vita autem hominis cōseruatur dupliciter. Vno modo, quantum ad indiuiduum, prout scilicet homo idem numero uiuit, & ad talem uitę conseruationem opitulatur hominis exteriora bona, ex quibus homo habet uictum & uestitū, & alia huiusmodi necessaria uitę, in quibus administrandis indiget homo seruis. Alio modo conseruatur uita hominis secundum speciem per generationem, ad quam indiget homo uxore, ut ex ea generet filium. Sic igitur in domestica cōiunctione sunt tres combinationes. scilicet dñi ad seruū, uiri ad uxorem, patris ad filium. Et quantum ad omnia ista lex uetus cōuenienter præcepta tradidit: nam quantum ad seruos, instituit

Li. 1. ca. 10. 5

Ca. 1. 2. med. com. 5.

instituit, ut modeste tractarentur, & quantum ad labores, ne scilicet immoderatis laboribus affligerentur. unde Deus. Dominus mandauit, ut in die sabbathi requiesceret seruus & ancilla tua sicut & tu: iterum quantum ad penas infligendas: imposuit enim multatoribus seruorum, ut dimitterent eos liberos, sicut habetur Exod. 21. & simile etiam statuit in ancilla, quam in uxorem aliquis duxerit. Statuit autem specialiter circa seruos qui erant ex populo, ut septimo anno liberi egrederentur cum omnibus quae apponuntur etiam vestimentis, ut habetur Exo. 21. Mandatur etiam in super Deut. 15. ut ei detur uaticum. Circa uxores uero statuitur in lege quantum ad uxores ducendas, ut si ducant uxores suae tribus, sicut habetur Num. ult. & hoc ideo, ne sortes tribuum confundantur, Et quod aliquis in uxorem ducat uxorem fratris defuncti sine liberis, ut habetur Deut. 25. & hoc ideo, ut ille qui non potuit habere successores secundum carnem originem, saltem habeat per quamdam adoptionem, & sic non totaliter memoria defuncti deleatur. Prohibuit etiam quaedam personas, ne in conjugium ducerentur. scilicet alienigenas propter periculum seductionis: & propinquas propter reuerentiam naturalem, quae eis debetur. Statuit etiam qualiter uxores iam ductae tractari deberent, ut scilicet non leuiter infamarentur. unde mandatur puniri ille, qui falso crimen imponit uxori, ut habetur Deut. 22. & quod etiam propter uxoris odium filius detrimendum non pateretur, ut habetur Deut. 21. & etiam quod propter odium uxorem non affligeret, sed potius scripto libello eam dimitteret, ut patet Deut. 24. Et ut etiam maior dilectio inter coniuges a principio contrahatur, praecipitur quod cum aliquis nuper uxorem acceperit, nihil ei publice necessitatis iniungatur, ut libere possit lectari cum uxore sua. Circa filios uero instituit, ut patres eis disciplinam adhiberent, instruendo eos in fide, unde dicitur Exod. 12. Cum dixerint uobis fili ueltri, Quae est ista religio, dicetis eis, Victimam transivit Dominus est. & quod etiam instruerent eos in moribus, unde dicitur Deut. 21. quod patres dicere debent, Monita nostra audire contemnit, comestationibus uacat, & luxuria atque conuiuio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia filii Israel erant a Domino de seruitute liberati, & per hoc diuina seruituti addicti, noluit Dominus ut in perpetuum serui essent. unde dicitur Leui. 25. Si paupertate compulsus uendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit. mei enim sunt serui, & ego eduxi eos de terra Aegypti, ut non ueneant conditione seruorum: & ideo quia simpliciter serui non erant, sed secundum quid, finito tempore dimittebantur liberi.

AD SECUNDUM Dicendum, quod mandatum illud intelligitur de seruo, qui a Domino quaeritur ad occidendum, uel ad aliquod peccati ministerium.

AD TERTIUM dicendum, quod circa laciones seruis illas lex considerasse uidetur, utrum sit certa, uel incerta. si enim lacio certa esset, lex penam adhibuit, pro mutilatione quidem amissionem serui, qui mandabatur libertati donandus: pro morte autem homicidii penam, cum seruus in manu Domini uerberantis moreretur. Si uero lacio non esset certa, sed aliquam apparentiam haberet, lex nullam penam infligebat in proprio seruo, puta, cum percussus seruus non statim moreretur, sed post aliquos dies. Incertum enim erat, utrum ex percussione mortuus esset, quia si percussisset liberum hominem, ita ta-

men quod statim non moreretur, sed suum ambularet, non erat homicidii reus, cussisset, etiam si postea moreretur: tenebatur ad impensas soluendas, quas percussus in fecerat. Sed hoc in seruo proprio locum non habet, quia quicquid seruus habebat, & etiam ipsa serui erat quaedam possessio domini, & causa assignatur, quare non subiaceat poenitentia, quia pecunia illius est.

AD QUARTUM dicendum, quod secundum est, nullus Iudaeus poterat possidere Iudaeum si simpliciter seruum, sed erat seruus secundum quali mercenarius usque ad tempus: & per hoc dum permittebat lex, quod pro poenitentia cogitur quis filium, uel filiam uenderet. & hoc etiam ipsius legis ostendunt. dicit enim, Si quis uenerit filiam suam in famulam, non egredietur eam, nisi filium, uel filiam uenerit. Per hunc etiam modum non solum filium suum, sed etiam seipsum uendere poterat magis quasi mercenarium, quam si seruum, secundum illud Leuitic. 25. Si pauper compulsus ueniderit se tibi frater tuus, non opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit.

AD QUINTUM dicendum, quod sicut Philo dicit in 10. Ethico. principatus paternus habet ad monendi potestatem, non autem habet in contrariam, per quam rebelles, & contumaces primi possunt, & ideo in hoc casu lex mandatur ut filius contumax a principibus ciuitatis reetur.

AD SEXTUM dicendum, quod Dominus genus prohibuit in matrimonium duci propter riculum seductionis, ne inducerentur in idolatram, & specialiter hoc prohibuit de illis gentibus, vicino habitabant, de quibus erat magis periculum, quod suos ritus retinerent. Si uero idolum dimittere uellet, & ad Legis cultum seruiret, poterat in matrimonium duci, sicut patet in Ruth, quam duxit Booz in uxorem, unde ipsa dicitur socra sua. Populus tuus populus meus, Deus meus, ut habent Ruth. 1. & ideo carnaliter permittitur in uxorem duci, nisi propter carnaliter, & circumcisis unguibus, & deposita qua capta est, & fletet patrem & matrem, pergnificatur idolatriae perpetua abiectio.

AD SEPTIMUM dicendum, quod sicut dicitur super Matt. quia immitigabile malum erat apud Iudaeos, qui omnia pro presenti uita facta statuta sunt, ut defuncto filius nasceretur ex fratre, erat quaedam mortis mitigatio. Non autem frater, uel propinquus inebatur accipere uxorem defuncti, quia non ita crederetur qui ex ratione erat nasciturus, esse eius filius, qui omnino extraneus non ita haberet necessitatem, ut de domum eius qui obierat, sicut frater, ex cognatione hoc facere iustum erat. Ex quo quod frater in accipiendo uxorem fratris in uxorem fratris sui defuncti fungebatur.

AD OCTAVUM dicendum, quod lex propter pudium uxoris, non quia simpliciter iustum, sed propter duritiam Iudaeorum, ut Dominus Matthaei 19. sed de hoc oportet plenius tractare de matrimonio agetur.

AD NONUM dicendum, quod uxores fratrum non frangunt per adulterium, & de hoc propter delectationem, & latentem, quia oculis non obseruat caliginem, ut dicitur Job 24. Nunc est similis ratio de filio ad patrem, uel de seruo ad

Super Questionem eiusfamam...

In q. 106. duo occurrunt scribenda. Primum est. vt in artic. 3. memor sit. q non est quiritio de lege noua quo ad suu principale. id est gratiam Spiritus sancti. hęc enim ab initio mundi data est: sed de lege noua secundum se tota. vt clauditur in te. & gratiam Spiritus sancti. & doctriam noui testamenti. hęc. n. abundantiam gratiæ. & perfectionem vite. & sacramenta gratiæ. continet. Secundum est. vt non miteris si audis nouam reperi gentem. que nihil sciat de Christo. sufficit enim quod ante mundi constitutionem Euangelium susceptum in vniuerso fuerit orbis secundum venturam. predicatum quippe dicitur etiam tempore Apostolorum in orbem uerso secundum reputationem. sicut & exiit edictum a Cesare Augusto. ut describeretur uniuersus orbis: de orbis enim secundum nostram notitiam habitato hęc. & similia intelliguntur: quamuis secundum possibilem veritatem in aliis terris quareis affirmari possunt antipodes. Et nisi fallor. iam inuenta dicitur quarta Meridionalis habitata. quoniam polis antarcticus eleuatur eis.

num: quia talis infidelitas non pcedit ex tali concupiscentia delectationis, sed magis ex malitia, quæ non potest ita latere sicut infidelitas mulieris adultera.

QVAESTIO CVI.

De lege Evangelica, qua dicitur lex noua, secundum se, in quatuor articulos diuisa.



ONSEQUENTER considerandum est de lege Euangelii, q dicitur lex noua.

Et primo, de ipsa secundum se. Secundo, de ipsa per comparationem ad legem ueterem. Tertio, de his, quæ in lege noua continentur.

CIRCA primum queruntur quatuor.

¶ Primo, Qualis sit, Vtrum scilicet sit scripta, uel indita.

¶ Secundo, De uirtute eius, vtrum iustificet.

¶ Tertio, De principio eius, Vtrum debuerit dari a principio mundi.

¶ Quarto, De termino eius, Vtrum scilicet sit duratura usque ad finem, an debeat ei alia lex succedere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex noua sit lex scripta.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q lex noua sit lex scripta. Lex enim noua est ipsum Euangelium: sed Euangelium est descriptum: Ioan. 20. Hęc autem descripta sunt, ut credatis. ergo lex noua est lex scripta.

¶ 2. Præt. Lex indita est lex natura, secundum illud Roma. 2. Naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis. si igitur lex Euangelii esset lex indita, non differret a legentate.

¶ 3. Præt. Lex Euangelii propria est eorum qui sunt in statu noui testamenti, sed lex indita communis est & eis qui sunt in nouo testamento, & eis qui sunt in ueteri testamento. dicitur enim Sap. 7. quod diuina sapientia per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & prophetas constituit. ergo lex noua est lex indita.

SED CONTRA est, q lex noua est lex noui testamenti, sed lex noui testamenti est indita in corde. Apost. enim ad Hebr. 8. dicit inducens auctoritatem, quæ habetur Hierem. Ecce dies uenient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum. & expones quod sit hoc testamentum, dicitur. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel: Dabo leges meas in mentes eorum, & in corda eorum superferibam eas. ergo lex noua est lex indita.

RESPON. Dicendum, q unaqueq; res illud uidetur esse, quod in ea est potissimum, ut Phil. dicit

in 9 Eth. id autem quod est potissimum in lege noui testamenti, & in quo tota uirtus eius consistit, est gratia Spiritus sancti, quæ datur per fidem Christi: & ideo principaliter lex noua est ipsa gratia Spiritus sancti, q datur Christi fidelibus. & hoc manifeste apparet per Apostolum, qui ad Ro. 3. dicit. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. per quam legem factorum non, sed per legem fidei: ipsam enim fidei gratiam legem appellat. & expressus ad Ro. 8. dicitur. Lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Vnde & Aug. dicit in lib. de spiritu & litera, quod sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis, ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. & alibi\* dicit in eodem lib. Quæ sunt leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa presentia Spiritus sancti? Habet tamen lex noua quædam sicut dispositiua ad gratiam Spiritus sancti, & ad usum huius gratiæ pertinentia, quæ sunt quasi secundaria in lege noua, de quibus oportuit instrui fideles Christi, & uerbis, & scriptis, tam circa credenda, quam circa agenda. Et ideo dicendum est, q principaliter lex noua est lex indita, secundario autem est lex scripta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in scriptura Euangelii non continentur nisi ea, quæ pertinent ad gratiam Spiritus sancti, uel sicut dispositiua, uel sicut ordinatiua ad usum huius gratiæ: sicut dispositiua quidem quantum ad intellectum per fidem, per quam datur Spiritus sancti gratia, continentur in Euangelio ea, quæ pertinent ad manifestandum diuinitatem, uel humanitatem Christi. Secundum affectum tero continentur in Euangelio ea, quæ pertinent ad contemptum mundi, per quam homo fit capax Spiritus sancti gratia. Mundus enim, iam amatores mundi, non potest capere Spiritum sanctum, ut habetur Io. 14. Vltus uero spiritualis gratiæ est in operibus uirtutum, ad quæ multipliciter scriptura noui testamenti homines exhortatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod dupliciter est aliquid inditum homini. Vno modo pertinens ad naturam humanam: & sic lex naturalis est lex indita homini. Alio modo est aliquid inditum homini, quasi superaditum per gratiæ donum: & hoc modo lex noua est indita homini non solum indicans quid sit faciendum, sed etiam adiuuans ad implendum.

AD TERTIUM dicendum, quod nullus unquam habuit gratiam Spiritus sancti, nisi per fidem Christi explicitam, uel implicitam. Per fidem autem Christi pertinet homo ad nouum testamentum: unde quibuscumque fuit lex gratiæ indita, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex noua iustificet.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod lex noua non iustificet. Nullus enim iustificatur, nisi legi Dei obediat, secundum illud ad Hebr. quinto. Factus est, scilicet Christus, omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ: sed Euangelium non semper hoc operatur, quod homines ei obediant. dicitur enim Rom. decimo. Non omnes obediunt Euangelio. ergo lex noua non iustificat.

¶ 2. Præt. Apostolus probat ad Rom. quod lex uetus non iustificabat, quia ea adueniente præuaricatio creuit. dicitur enim ad Rom. 4. Lex iram operatur; ubi enim non est lex, nec præuaricatio. sed multo magis lex

Ca. 17. & 26. tom. 3. Eod. li. ca. 21. in prin.